

Ducenta Marca in Theloneis Poznanien
Calissien, Costen, inscripta Magistro Pe-
tro de Schamotuli.

182

Wazimirus Dei gratia Rex Polonie, Ma-
gnus dux Lithuanie, Russia, Prussiaque Do-
minus et Hares. Significamus tenore presentium
quibus expedit Universis. Quomodo Nos Magnificum
Petrum de Schamotuli Castellanum Poznanien-
sem in terras nostras Pomeranie cum certis gen-
tibus, pro repressione inimicorum nostrorum Viri-
ginus, qui et proprijs pecunijs ac sumptibus non
parcendo, nobis, et communi honore publiceque
et necessitati nostre obtemperans pro sua expe-
ditione multas proprias impendit, sive consum-
psit pecunias, horum intuitu, sibi et suis suc-
cessoribus legitimis, in et super Theloneis no-
stris videlicet, Poznanien, Costen, et Calissien-
sitis, sive consumatis Ducentas marcas me-
diorum grossorum bonorum et probatorum
moneta et numeri Polonicae, quadragin-
ta octo grossos marcae in quacumque computan-
do dedimus, donavimus, inscripsimus, et teno-
re presentium inscribimus, cum omni jure
dominio, solutione, et proprietate, nihil
juris sive domini pro nobis aut nostris suc-
cessoribus in dictis Theloneis nostris penitus
reservantes per ipsum Petrum Castellanum
predictum, et suos legitimos successores
habenda, tenenda, possidenda, tollenda, et
in usus ipsius, et successorum suorum con-
vertenda, tam diu, donec prefata Ducenta

[Marec]

Marca per nos, aut Successores nostros, una
cum alijs summis in dictis theloneis nostris
inscriptis, sibi, aut ipsius successoribus legitimi-
nis fuerint totaliter exsoluta, et reposita
plenarie, et in toto. In cuius rei testimoni-
um sigillum nostrum presentibus est appen-
sum. Datum in Civitate Nostra Lanciensi
Feria sexta proxima ante festum Purificatio-
nis Marie Virginis. Anno Domini Millesimo Qua-
dringentesimo, quinquagesimo quinto.

Relatio Venerabilis Thomae de So-
lupino Decretorum Doctoris, et Vi-
cancellarij Regni Polonie. ~

Ta Kopia przepisana z Oryginału par-
gaminowego Dnia 30. Miesiaca Sierpnia,
Roku Pauskiego 1784. pieczęć oderwa-
na, jam Oryginał zannihilowany. ~